



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem  
omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S.  
Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum  
triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

§. 25. Difficillimum est sanare eum, qui in peccato perseuerat, sicut multi  
temporis dæmonium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

eradicatur, quinimo aliquoties, iam à suo initio suam trahit secum difficultatem, quam ipse experitis, atque vires illi de sunt, non possum vltius, hec parcas veritati: quid acturus es, quando iam profundas egerit radices, mala consuetudine, quando cor tuum eo modo occupauerit, de quo Dominus ait per Hieremiam: *Super latitudinem cordis eorum: An illud confidis vno tractu te posse eradiceare? Amplius hoc Deus declarat per eundem Prophetam: Propter multitudinem iniquitatis tuae, dura facta sunt peccata tua. Quantum obijcio illud spectat, quod alio loco declarauimus quod ex intensione frigidis, ita obdurecat aqua ut rupis duritiem exaquet, ut quidquid adhibeatur, impossibile sit emolli. Connekte catenam: ex multis annulis, illos reduplica, centuplica, demum illam. scilicet collo tuo circumuolue, videbis quod illam non confringes, multo licet conatu idem tentaueris. Magis ad propositum nostrum ex Hebraeo legimus: *Quis multiplicata est iniquitas tua, corroborata sunt peccata tua. Multiplica peccata tua, vinum alteri superadde, præcepit in hoc & illud corruet, & videbis quam fortis, ac violentus torrens aquarum exundabit, qui te demergat, ut illum nec peruadare possis nec superare: O Dine Augustine, quam bene hoc in templo expertus es: quando totus sensualitati traditus (ut ipse fateris) dum te voluisti expellere, sensisti, ut impossibile: *Tenebar non catena ferrea, sed ferrea mea voluntate. Credi sine primo impetu arborem ita radicatum eradicari? sapienter conabaris & sepius irritò conati, delideris. Illud ita exaggerat Spiritus S. ut inter impossibilia numeret, comparetque illi arthropem lavare, non quod absolute sit impossibile, sed actu difficillimum. Si mutare potest arbiops pellem suam, & pardus variare res suas sic Crocus, &c. An ergo non manet tibi liberum arbitrium? Manet, at tamen adeo debilitatum, ut difficillimum sit homini in peccatis inueterato, illa ex corde seipso relinquere. Cõfirmat hoc & neruose, & Theologicè D. Bern. Nescio quo prauo, & mire modo ipse sibi voluntas peccatis quidem in deterius mutat necessitatem facit, ut necessitas cum voluntaria sit, excusare valeat voluntatem, nec voluntas cum sit illicita, excludat necessitatem. Est enim necessitas hac quodammodo voluntaria, est favorabilis quædam vis, premeudo blandiens, & blandiendus premeus &c. His congruè exponit subtiliter verba illa Regis Ezechiz: *Domine vim patior responde pro me, quid dicam, aut quid respondebo, cum ipse fuerit. Domine vim patior, sed ipse sum qui vim infero. Quid ais Rex sapientissime: quærit D. Bern. Si tu ille sis qui vim****

infero, quis tibi vim infero, quis cogit liber non est? omittere non potes quod agis, cum ipse sis qui facis? Opposita sunt vis & libertas. Verù est (inquit D. Bern.) voluit autem Rex sapientissimus declarare quam violentiam exerceat peccatum in anima radicatum, quæ possit vocari violentia libera, vel libertas violenta, licet enim realiter maneat libertas arbitrij, tantus est tamen eius impetus, quo cor ad peccatum pertrahit, ut vim ei inferre videatur. Et hoc in templo experite, qui ait: Certe, Domine, quam libenter mulierem illam manu nitentem, sed non possum. Vitam illam desidero in meliorem commutare, & videor mihi, ne facere possim, alligatus, quo significatur, non impossibilitas, quæ nulla est, sed operis difficultas quæ maxima est. Cum hæc igitur ita sint, quæ ratione præsumis in tam brevi & duro conflictu, ut est illa mortis hora, posse te efficaciter conuerti, & euellere radicatus cor, ex eo cui mille radicibus in hæret radicatum.

§. 25. Difficillimum est sanare eum, qui in peccato perseverat, sicut multi temporum dæmonium.

Memorablem referunt historiam D. Mart. & D. Marc. eamque examinat D. P. Chry. Pater erat, cui filius erat iam pubes, dæmone arreptus, dicitur nimis exceptus, mille peritulis aquæ, ignis, lapidumque expositus: Hic vidit Sanctos Apostolos prædicantes ubique, ac dæmonia eijcientes, adduxit illum, ac eorum nullus potuit illum exturbare, puerumque liberare. Christum accessit, illi suam exposuit calamitatem, filijque necessitatem, quodque, quæ ueritatem Apostoli curare non ualuerant, ad illum adducerat liberandum. Interrogat patrem Christus. *Quantum tempore est, ex quo hoc ei accidit? Cui patet: Ab infantia* quærit dæmon sepius conatus est intemere præcipit, vel in præterfluentem demergere, vel ignibus comburere. Cuius miserus Dominus, Dæmoni præcipit, ut ab eo discedat, liberumque relinquat: diabolus autem multum illum exercitans, ac discerpens, tandem egreditur, sanum dimittit, in terramque prostermit, *Et multi dicent: quia mortuus est? Illeo Christus extendens manum arripuit puerum sanumque in pedes erexit. Quis non miretur, quod cum Apostolis tantam Christus dedisset potestatem eijcendi dæmonia, hoc tamen dæmonium eijcitur non potuerint; resque hæc tam ardua fuerit, ut accesserit Christus suam apponeret manum omnipotentem.*

rentem. Sed in quem sine quaerit a parte Christi tempus a quo diabolus puerum arripuerat? An ignorabat? Iam enim dixerat Iob: *Ab omnipotente non sum abscondita tempora.* Praescribit nobis regulam D. Aug. quando aduertimus in miraculis, quae Christus fecit circa corpora, quasdam particulares & extraordinarias circumstantias, intelligeremus, quod nobis aliquid, quoad animam, velit indicare.

*Iob. c. 24. 1. Serm. 12. Et 43. de temp.*

Poterat quidem (ait P. D. Chryl.) Christus demonium expellere, nec tempus inquirere passionis, cum illud nollet, & qua vellet facilitate curare euergetum, & dedisse potestatem Apostolis, hunc quoque ut ceteros liberandi: voluit tamen ut intelligeremus, quanti negotij sit, me huius temporis eijcere demonium, vel si placet, inueteratum curare peccatorem: omnia teste D. Chryl.

*Hom. 40. in acta. Et 33. in Matt. Et 28. in Epi. ad Rom.*

*Demon pessimus peccatum est.* Ne credideris quamlibet manum sufficere, quae efficaciter talem expellat diabolum irradicatum. Requiritur ut magis potens Christi manus, agat stupendo ac singulari miraculo, curetque gratia efficacissima. Cecidit abissus de monte lapillus sine manibus, & cum minimus esset, in frustra tamen comminuit statum illam auro, argenteoque fulgidam, ac in puluerem arenae maris similem contriuit. Quod postmodum acturus, cum in montem praegrandem excreuerit, orbemque repleuerit vniuersum? Peccatum mortale lapillus est, a tua malitia abissus, vel carnis infirmitate, sine manibus: non enim illud Deus creat, aut ex eius progreditur manibus. Hic lapillus statim a suo initio impingens in illam animae tuae statum dirisissimam; illam comminuit. *Ad nihilum redactus sum & nesciui.* Nihilum mihi nocumentum inferre videbatur, & ecce *Ad nihilum redactus sum,* Dei gratiam perdidit, consumptus est omnis decor aurum charitatis, donatum s. Spiritus argentum, virtutum infusatum as, fides mortua, spes perit, anima in contrita, ut ad eius nullas habeat vires natura reparationem; quid efficiet lapis hic, si crescat, si totum cordis impleat mundum, cogitationes tuas sensus tuos, tuas intentiones? Ingressum est aduulterij peccatum in David, & cum esset pertransiens, non enim erat David peccator inueteratus, vnde & propheta Nathan in proposita parabola peccatum vocat peregrinum, qui subito supervenit & non haesit, sub hominis, cum mensibus aliquot in anima subsisteret, tantas in ea radices egit, adeo vires eueruunt, tantam in eius corde stragem edidit ut illud contriverit:

*Ps. 97. 22.*

*Psal. 57. 6.*

*Perierunt & corrupta sunt cicatrices meae &c. Dereliquit me virtus mea & lumen sanctorum infortui*

Et. Tuit aute necessarium, mitteret Deus Prophetam, qui ex professo, de eius ageret separatione. Tunc igitur post tot annorum curricula, quibus hoc contaminatis concubinati, tu qui totum vitam tempus luxibus impendisti, tu quoque qui iam pauperum sanguinem, in carnem & sanguinem conuertisti, num tibi perluades, quod vno temporis momento, quo exhalas animam, radicatus poteris peccatum euellere? Num credis, licet habeas confessorios, salutis consiliarios, his tibi omnia salua?

*Ps. 26. Morietur in peccato, qui in eo perseuerans, inspecit hares, ut ait David, in interitum, quem fecit.*

**N**ostrum propositum prosequamur. Difficultatem habet satis grauem haec Christi sententia: *Quaeritis me & non inuenietis & in peccato vestro morietur.* Quomodo hoc dicit Dominus, none tu ille, qui legem hanc sanxisti: *Quaerite & inuenietis, omnis qui quaerit, inuenit.* Omnis, sine vlla exceptione. Quomodo igitur illis ait: *Quaeritis me, & non inuenietis?* Verum est, ait Dominus, Nota vero quod loquatur de praesenti: *Omni qui quaerit, inuenit:* qui modo quaerit in praesenti, & non differit quaerere in futurum, inuenit. Et tunc collat: *Ego vado & quaeritis me Ego vado in praesenti, & vos eum non quaeritis in praesenti, sed dicitis quod illud quaeritis in futuro: Quaeritis me.* In quibus prognosticandum, quod in peccato suo morietur, scilicet peccatoribus, qui toto praesenti tempore a Deo se elongant, & a quibus Deus ob eorum peccata discedit, quem ex anima sua per nefandissima scelera repellit, quieti dormiunt, dicentes quod in futurum Deum quaerent, praeventiam agent anno proximo vetero, & mortis hora relinquent aliena, transacta voluptate ad meliora conuertentur, illis praedictor: *In peccato vestro morietur.* Notat D. Chryl. verba quaedam David pluribus mysterijs quam litteris fecunda: quae licet a quibusdam Arabica censentur, profundam tamen continent Theologiam: *Intra sunt gen. es in interitum quem fecerunt. In laqueo isto quem absconderunt, comprehensus est per eorum.* Cognoscitur Dominus iudicia faciens: in operibus manuum suarum comprehensus est peccator. Explicabimus illa cum Chryl. notares ex doctrina D. Aug. Quod nobis conueniat praedicatoribus, tremenda doraque peccatoribus intonare, ut nostro muneri factista cianus: nobis enim has Dei s intentat minas: *Si non annuntiauerit iniquo iniquitatem suam, sanguinem eius de manu tua requiram.* Et ut scias ista quae conue-